

Regeris? Constantinus Sylve-
strum Metaphoricè Deum appella-
vit, quemadmodum alios sanctos
& in dignitate constitutos appel-
lare solemus, pag. 29. edit. Colon.
quod idem non sine adspersò livore ap-
ponit Jesuita Gretserus Tom. 2. De-
fens. Bellarm. c. 19. c. 975. At bene
est! Cur ergò sensus tam sacrilegus
deinceps huic appellationi à vestris tri-
butus est? Cur Papæ istiusmodi hono-
res acceptarunt, aut potius ausu nefa-
rio sibi arrogarunt? Cur publicâ Bul-
lâ titulum non declararunt, sed factò
doctrinâq; contrarium innuerunt?
Audacia plusquàm Acherontica est,
quod Papa Clemens VI. mandato
quodam promulgato seriò Angelis
injunxit, ut morientes in itinere
ad Iubilæum Romanum rectâ in
sinum Abrabæ deportarent; Cujus E-
dicti meminir Sleidanus lib. 21. sub

[o] 6

Anno